

### Tractatus

bitudo ipsius cause efficientis ad suū effectū. et est constructivus et destructivus. Constructivus tenet sic. Domificator est bonus. Ergo domus est bona. locus a causa efficiente. Maxima. si causa est bona. ipsum quod fit bonum est. Destructivus sic. Domificator non est bonus. ergo domus non est bona. Locus a causa efficiente maxima. cuius causa efficiens non est bona. ipsum quod fit non est bonum. et conversio tenet locus ab effectu ad causam efficientem.

Postquam autem supra dixerat de causa in eo rā diffinitive quod dicitur. hic prout vult dederat de locis a causa. et primo de loco a causa efficiente. quod est notior ceteris. ratione cuius ipsam sic diffinit. Causa efficiens est a qua primo fit motus ut res fiat. In qua diffinitione. subintelligitur causa loco generis diffinita. Et ponitur a qua primo fit motus ad omnia alia causarum quod nulla causalit motu sine productione effectus. hoc convenit efficienti sicut prout in productione effectus. Finit enim ratione sue bonitatis trahit et movet appetitum agentis ad producendum effectum et efficiens sic tractat a sine dispositione materia ad productionem forme. et primo causalit motu quo producit effectus. Sciendum primo. quod locus a causa efficiente est habitudo ipsius ad suum effectum. et tenet affirmativus et negativus. Affirmativus sic. Domificator est bonus. ergo domus est bona. Maxima. Locus a causa efficiente bona est. ipsum quod fit bonum est. que materia debet intelligi de bonitate efficientis in quantum efficiens est. et non de bonitate motus. vel de bonitate ipsius forme. Et similiter debet intelligi de bonitate effectus. ita quod si efficiens sit bonum in ratione cause efficientis. et ut producat effectum. etiam effectus erit bonus bonitate forme eius. non autem loquendo de bonitate finis. quod si domificator sit bonus. et operetur per se in arte eius. et careat materia bona. domus non erit bona bonitate finis. sed in bonitate forme que provenit ab efficiente. Negativus tenet sic. Domificator non est bonus. ergo domus non est bona. Maxima. Cuius causa efficiens mala est. ipsum quod fit malum est effectus inappropriatus cause. Sciendum tertio. quod dicitur et causa efficiens talis in actu in potentia. ut respectu domus domificator est causa in potentia. et domificans est causa in actu respectu domus. et quilibet iterum dicitur. quod quedam est univoca que producat effectum similem sibi in specie. ut homo generans hominem est causa univoca et agens univocum. alium est efficiens equivoicum quod producat effectum sibi dissimilem in specie. vel sol generans hominem est agens equivoicum. Unde arguendo a causa efficiente in potentia ad suum effectum debet argui ab esse cause in potentia ad esse in potentia respectu effectus. et non ad esse in actu. ut domificator est. ergo domus in potentia. et arguendo a causa efficiente in actu oportet argui ab esse eius ad fieri ipsius effectus. et arguendo a causa univoca tenet iste locus respectu omnium predicamentorum que conveniunt ipsi cause a tota specie. ut plura est rursus. hoc scilicet ab eo generans est rursus. et arguendo a causa equivoica solus tenet respectu horum predicamentorum bonum et malum. et esse et fieri. Sciendum tertio. quod locus ab effectu cause

efficientis est bitudo ad suam causam. Et tenet iste locus affirmativus sic. domus est in fieri ergo domificans est. Maxima. posito effectu. prout quod cause efficientis ponit effectus causa efficiens. Et potest argui respectu horum predicamentorum bonum et malum. Negativus tenet domus non est bona. ergo domificator non est bonus. Maxima. Cuius effectus non est bonus ipsum quod fit non est bonum. quod debet sic intelligi. quod effectus non est bonus quantum ad predicatos forme eius. Efficiens non est bonum in quantum efficiens et producat tale effectum sicut prius dictum est. Sciendum quarto. quod efficiens dupliciter se habet ad effectum. quod quoniam efficiens requirit quantum ad fieri in ipso effectu. et non quantum ad esse. ut domificator respectu domus requirit quantum ad fieri. et non quantum ad esse quoniam requirit efficiens quantum ad fieri et quantum ad esse. et quantum ad conservationem in esse. ut si per se solus est causa quod ad fieri. et quod ad esse. et deus quod est causa vis quod ad esse omnium creaturarum et fieri. et arguendo ab effectu cause efficientis que requirit quantum ad fieri in et non quod ad esse effectus non sequitur esse cause in potentia. sed in preterito in et quod fieri effectus. sequitur esse ipsius cause. Et arguendo ab effectu ad efficiens requirit quantum ad fieri ad esse. et sequitur affirmativus ab esse effectus ad esse cause. ut bene sequitur. dicitur ergo solus est super nos in horizonte. Et quoniam est bitudo motus ad effectum etiam sequitur negativus a negatione effectus ad negationem cause. hoc quoniam est bitudo quoniam tenet negativus. ut non sequitur. hoc non est ergo deus non est. Et isti diversis modi arguendi non sumuntur ab efficienti in quantum efficiens est. sed in quantum est tale vel tale efficiens. Contra predicta arguitur primo sic. causa efficiens est de consideratione physica causa causa motus. ergo non est de consideratione logica. Sciendum sic. efficiens non movet nisi moveatur primo a fine ergo finis est a quo primo fit motus et non efficiens. Tertio sic. causa efficiens est extrinseca effectui. et in loco a causa efficiente terminatur in inferens est extrinseca illi. et sic iste locus est extrinseca. Simile ordinatur inter locos intrinsecos. Quarto sic. non sequitur de bono. et latro est bonus. ergo locus a causa efficiente non valet affirmativus. Quinto sic. non sequitur domus est. ergo domificator est. cum antecedens sit verum et consequens fallum. ergo locus ab effectu cause efficientis non tenet affirmativus. Ad primum dicitur. quod licet causa efficiens in quantum est causa motus et res naturalium et prout prout cognoscitur ipsa sit de consideratione physica. in quantum ab ipsa sumitur locus dyalenticus. per habitudinem ad suum effectum ipsa est de consideratione logica. Ad secundum dicitur. quod hoc a fine primo fit motus intrinsecus in efficienti. ab ipso in non fit per se. in motus realis de quo solus hic intelligitur. Finit enim non movet in motum agens in motu. prout dicto. sed in per se similitudinem. et prout prout movetur apprehensum prout ad preservationem eius. Ad tertium dicitur. quod hoc causa efficiens finit rem sit extrinseca effectui. Tamen finit virtute et finit in ratione est aliquo modo intrinseca sibi. Et hoc sufficit ad causandum locum intrinsecum. quod hic sumitur arguendo ab efficiente et ea prout qua convenit ei effectui. Ad quartum dicitur. quod ibi non arguitur a causa efficiente ad suum effectum. et latro notat victimam. et deus non est causa efficiens. et hoc deus sit causa bonis. non in est causa salvatorum eius. hoc bene sequitur. deus est bonus. et homo latro finit humanitatem est bonus. et bonitate entis licet non bonitate motus. Ad quintum dicitur. quod non sequitur